


§. I.



Iscidum quid sit, & unde derivari debeat, neminem puto ignorare, supervacaneum itaq; foret, diutius in Etymologia ejus immorari, nec est re est homonymicè demonstrare, utrum mucilago potius vel gummosum, vel gluten vel Gelatina dici debeat: Ut tamen auctoritatem Divi veneremur Stagyritæ, qui voces dicit esse significantes ex instituto, lib. de Interpret. c. 1.; & Galeno etiam satisfiat, *conturbatum*, inqventi, *nominum usum & rerum ipsarum cognitionem conturbare*; non turbabimus totum hocce nostrum institutum; salva potius Veterum manente auctoritate, dicimus: Viscidum græcis γλίσχη dictum, materiam esse tenacem, lubricam & lentam, prout magis vel minus inspissatur, in coagulum concrescens excessu semper, defectu nunquam peccans. Est enim aut per firmiores aut per laxiores consistentiae modum distinctum, mox glutinosum maximè, mox aquosum nimis existens, aut etiam medio modo se habens, ad hanc vel illam proprius consistentiam accedens.

§. 2.

Altera Viscidi facies in Definitione detegitur reali, qua cum omnes homonymicæ simul & æqvivocæ exploduntur. Viscidum quippe in statu hominis præternaturali sub schemate miasmatis aut inquinamenti pravi, describitur, qvod sit: *Sordes putridos & maximè tenax, partes articulæ habens connexas, in corpore humano præternaturaliter existens*. Per Genus, seu sordem, omnem illam immundiciem tenacem, crassam, putridosam, glutinosam & inspissatam protinus, particulis resistenter activis, intelligo, qvæ Corpus humanum, sanguinem præprimis, ut delicatissimam rosam animalem, tinturam corrallinam è mente Excellentissimi Viri Præceptoris & post cineres Venerandi Dni. D. Majoris, *Dissert. de Sanguine Peridromo* §. 1. delineatum, variè afficit, summasq; inducens ærumnas, mixturam & concentum turbat decentem ac molitur exitium; sed de his in sequentibus plura.

§. 3.

Mixtorum ratio si haberi debeat, sub Anatomen vocantur